



**De Vita Et Rebus Gestis Christophori Bernardi Episcopi Et  
Principis Monasteriensis Decas**

**Alpen, Johann von**

**Coesfeldiae, 1694**

33. Batavi Castello Dileriano vim parant. Quam Friquetius sistere conatur.  
Sed frustrà.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68495](#)

1664.

facilitate ac festinatione, quâ bombardâ, far-  
ciri poterant & exonerari, ut in prælio contra  
communem hostem nil inveniri posse expedi-  
tius comprobaret. At Vere passim decur-  
rente, ut Hungarico se itineri accingat, com-  
ponatque res suas domi, festinat tantisper in  
Westphalian redire. Et Monasterium fe- *In West-*  
liciter regressus, quamquam triennio ante, tot *phalian*  
armatorum millia Ductore Luca Spico, & reverti-  
anno præcedente mille ducentos, Cæsari sup- *tur.*  
petias dedisset; nunc iterum tamen mille,  
veteranum profectò, exercitumque militem  
cum bellico apparatu in Hungariam præmit- *Novum*  
tit, ipse brevi successurus. Nihil enim sini- *in Hun-*  
stri suspicabatur, qui jam cum *Frisio* super ar- *gariam*  
ce *Dylerianæ Ratisbonæ* convenerat; nec ad- *militem*  
versi quidquam metuebat, qui conciliatis non *præmit-*  
tantum favoribus Principum Imperij, sed tot *tit.*  
etiam sociorum viribus fulciebatur; at vero,  
nec vim ausuros eo tempore Batavorum Or-  
dines; quo Christianorum arma in Turcam  
convertebantur, nimis se præfidenter postea  
doluit arbitratum.

Nam vix posterior subsidiarius miles reli- *33.*  
ctâ Westphaliâ in Austriam antecedebat, cum *Batavi*  
ecce nunciantur *Batavi* armâ & vim parare; *Gastello*  
è præsiis educi copiæ; congregari exerci- *Dyleria-*  
tus; nominari Dux, *Guilielmus Fridericus* no vim  
*Nassovia Princeps, Frisia Gubernator.* Cen- *parant.*  
turiæ erant pedestrum nonaginta, equitum vi-  
ginti.

1664. finti. Numerus præsidio Monasteriensis, pellendo par. Nec enim majore opus fuit, dum miles Monasteriensis in Hungariam permissus, & Cæsar ac Imperium, sociique belo Turcico implicabantur.

Quam Friquetius decimâ septimâ Aprilis Ordinibus Haga commonstrat. Examinaram  
Friquetius sistit Casarea Majestate Principis Monasteriensis re cona- Frisia executionem; nec offendisse quidquam tur. ab ipso non observatum, quod Imperii leges prescriberent Executori. Prorogasse solutionem diem Frisio Principi, sed eo, neque pactis, neque promissis stante, non potuisse non uti potestate, Augusto & Imperij Legibus attributâ, eam subjecere arcem, quanto in Frisia & Imperio lo sita erat, facilitatem postea conferret executioni prosequenda; donec creditori constaret se satisfactum. Innotuisse Cæsari intercepimus esse, ne minimâ quidem vi, vel incolis vel vicini illatâ; nec à subditis Frisia exactum quidquam supra annuos redditus, qui Principi debantur. Id arcis Gubernatori ab Episcopo jussum, & eam ipsam esse Cæsaris intentionem, qui uti debitum creditori solutum velit; ita non sit supra illud, vel quidquam à subditis exquiri. Verum admiratam fuisse Majestatem suam, quando ex eò processu immeritam Ordinum indignationem percepit; cum miles Monasteriensis, nec terras ullibi retigerit Provinciarum; nec uspiam aliquid offensâ dignum perpe-

17. 11. 11.

1664.

trârit. Profecto etiam neque sinistri suspicio-  
nemmereri eam præsidiorum arcis paucita-  
tem; quâ præter unam, duos Imperij Principes  
concernentis sententia, in supremo lata dicaste-  
rio, ipsarumq; partium solenni pacto firmata  
executionem, nihil intendatur. Si quid pecca-  
tum sit, edicant; curaturum Casarem, ut qua-  
tocius corrigatur. Et jam tum curâsse, ne  
quid fiat legibus Imperij aduersum.

Hec jussu Casaris depromi: nunc vero, cum  
fama spargat ex insolito apparatu crescens, deli-  
berari ab Ordinibus de obsidenda arce Dyleria-  
na, & ejectis Monasteriensibus præsilio etiam  
suo firmandâ; ipsum quod gerit munus, impo-  
nere sibi necessitatem commonendi, ut pensionu-  
latius considerent, armatâ manu Imperium ag-  
gredi, idem esse, ac bellum ei denunciare, à qua  
Resp. hac nihil unquam incommodi passa sit.  
Paradoxum Orbi Christiano fore, si quo tempo-  
re in Hungaria à Turcis, ab Ordinibus in  
Westphalia, Imperij fines infestentur. Nihil  
juris acquiri Recip. ex consensu forte Friesij Prin-  
cipis, quin potius is ita dignus sit, quem Procu-  
rator Fisci Imperialis, cœn criminis laœ Maj-  
statis reum, serio persequatur. Amicitia, si  
qua ex vicinia sit, non debeat esse praetextus im-  
pedimenti justitia, ut propterea debitor Prin-  
ceps secundum Imperij constitutiones creditorū  
satisfacere non obligetur. Perperam dici ist-  
hac executione opprimi Friesum Principem; to-  
lera-

1664. terabilis namq; estimari solutionem, qua ex-  
ecutione bene ordinata, statis per intervalla tem-  
poribus permittatur; quam si rapis uno quod  
imperu bonis, proventibusq;, aut inextricata  
pecuniarum corrogatione in eam precipue  
contingeret abyssum, unde exemptio postea  
nisi esset desperata. Nec mirum, si arcis Gau-  
nator negarit potestatem sibi factam nummos  
ceptandi; qui pacto dictante non in arce Dry-  
riana, sed in finibus Monasteriensum Meppen  
numerandi erant. Quod si tamen in eo ex-  
sum esset; haud aliud inde convinci, quam  
die oblati eris nec deberi, nec exigi posse con-  
sum. Quidquid demum sit, constare orbem  
verso, controversie hujus Legitimos Judicu-  
quaquam esse Ordines Provinciarum; & ut  
eo minus, si quid etiam incommode natum est,  
jus illis tribui, suis Imperium armis invadendo  
qui ea tutamenti specie, propria tantum comu-  
da, non vicini Principis querant: dum non ar-  
cem solum evacuare praesidio Monasteriensis  
suo firmare intendant. Sane Westphalia  
Proceribus Ordines fore suspectiores, si fortis-  
litio in ipsis Imperij terris praesidium imponant  
qua Reipublica Christophorus Bernardus fue-  
rit, dum arem extra Provincias, in vicina-  
tantum interceptam, milito suo & annona com-  
muniuit. Verum nec eam haetenus, utpote a Mu-  
nasteriensibus tumultuario duntaxat opere fra-  
matam, justæ munitionis nomen mereri; ne  
exponit.

expugnationem propterea censeri posse Reip. glo- 1664.  
 riosam; sed Christiani tamen cuiusq; sanguinis  
 reatui, ac plurimis, quæ ex ea nascentur, incom-  
 modis obnoxiam fore. Verum cum re adhuc  
 integrâ neandum eò deventum sit, nomine Cæsa-  
 ree Majestatis requiri Ordines, ut aliquos de-  
 signent, cum quibus conferat, & ea exquirat  
 media, quæ serviant rei adeo periculose, ad sa-  
 tisfactionem partium, & ex mente sua Maje-  
 statis componenda.

Non tamen idè ab incepta armorum Sed fru-  
 prosecutione desistunt Batavi; sed mente jam strâ.  
 obfirmati, ni miles præsidiarius Dylarianâ  
 arce, aut jussus, aut sponte cedat, expugna- 34.  
 tionem decernunt; ejusque causas exprimunt Batavi;  
 hac epistolâ ad Christophorum Bernardum ter- expu-  
 tio Calendarum Maij exaratâ. gnatio-

Confisi eramus Liechtensteinianum debitum nem de-  
 post iteratam, & nostro & Principis Frisiae O- cernunt.  
 rientalis nomine, amicâ toties oblationem, jam-  
 pridem extinctum, & Fortalitium Dylarianum Eorum  
 præsilio suo evacuatum fuisse. Sed quia præ ad Chri-  
 ter omnem spem & expectationem contrarium stoph.  
 experimur ( quamvis non sine dolore ) fateri Bern.  
 debemus impositam nobis necessitatem totis viri- epistola.  
 bus cogere præsidiarios, ut fortalitium deserant,  
 & idcirco parare omnia, quæ ad hunc finem  
 quoquomodo desiderabuntur. Non una sanè  
 ratio id à Nobis extorsit, ut qui ab omni injuria  
 vindicare Oest-Frisia Principem obligamur,

SS

Santa